

6. His<sup>82</sup> fletibus suorum p̄sul sanctus ad lacrimas usque compunctus<sup>s</sup>, licet<sup>t</sup> diem<sup>u</sup> sibi<sup>u</sup> extremum imminere non<sup>v</sup> nesciret<sup>v</sup>, proficisci tamen illorum causa non abnuit, magnum sibi fore<sup>w</sup> lucrum<sup>w</sup> existimans, si fideles agere<sup>x</sup> in pace<sup>x</sup> corpore egressurus sciret<sup>t</sup>. Profectus itaque<sup>y</sup> discipulorumque<sup>z</sup> comitatus affectu regem<sup>a</sup> Ravenne<sup>b</sup> reperit; a<sup>c</sup> quo et benigne suscipitur<sup>c</sup>. Quamquam<sup>d</sup> primo<sup>e</sup> utcumque animo moveretur bene conscius Epiphanium<sup>f</sup> non frequentare palatium nisi pro quibusque oppressis supplicaturum, tamen considerata vel sancti viri dignitate vel meritorum eius sanctitate<sup>d</sup> in cunctis, quę petivit, immo mandavit, humiliter consensit; benedictioneque<sup>g</sup> percepta ad palatii illum fores prosecutus est.

7. Festinantissime<sup>83</sup> vero Ravenna<sup>h</sup> egrediens<sup>i</sup><sup>84</sup>, quippe<sup>j</sup> qui iam depositionis suę<sup>k</sup> diem in proximo<sup>l</sup> p̄videbat<sup>m</sup>, cum celerem<sup>n</sup> reditus sui cursum<sup>o</sup> comitantes stupore vehementi cerneret admirari<sup>i</sup>, convocata secretius discipulorum turba festinationis<sup>p</sup> causam<sup>p</sup> indicat se scilicet<sup>q</sup> in proximo resolvi. Mox luctus oritur, planctus ingeminatur<sup>r</sup>. Cum tandem hac<sup>s</sup> clamor<sup>s</sup> fletium voce excutitur: “Heu<sup>t</sup>, pater amate<sup>u</sup>, heu defensor patrię, cur nos deseris cuive tuendam plebem patriamque relinquis? Quę<sup>v</sup> nobis vivendi erit delectatio, si tuo sancto privabimur<sup>w</sup> consorcio? Sed si<sup>x</sup> festinas<sup>y</sup> ad p̄mia, tamen te flectant<sup>z</sup> nostra<sup>z</sup> suspiria”, hac voce suorum lacrimarumque<sup>a</sup> ubertim fonte perfusus<sup>v</sup>, “Non vos”, ait<sup>b</sup>, “filii, desero, sed cursu consummato<sup>c</sup>, quo Christus

s) compassus *Be* t-t) licet – sciret *fehlt Be* u-u) diem sibi: sibi diem *A, B* v-v) non nesciret: nonnesciret *M3, A, B*; nonne sciret *Ma* w-w) fore lucrum: lucrum fore *M2* x-x) agere in pace: in pace agere *M2, S, A, B, Ma* y) est *Be* z) discipulorum *M2, A, B, Ma, Be* a) ad regem quem *Be* b) *korr. von anderer Hand aus Ravenna M2* c-c) a quo – suscipitur: qui eum benigne suscipiens *Be* d-d) quamquam – sanctitate *fehlt Be* e) *fehlt A, B* f) Epiphanium *A* g) *korr. aus benedictionemque M3* h) Ravennam *B, Be* i) regrediens *Ma* j-j) quippe – admirari *fehlt Be* k) *fehlt Ma* l) proxime *A* m) providebat (pro über der Zeile) *M1, M3* n) scelerem *S*; *korr. aus scelerem M3* o) diem *M2* p-p) festinationis causam *fehlt Be*; festinationis sue causam *A, B, Ma* q) *fehlt A, B, Ma, Be* r) *nach -a- eine -ur-Kürzung getilgt A* s-s) hac clamor: clamor ac *M2*, clamor hac *A, B, Ma, Be*; t) *folgt heu M2* u) *nach -t- zwei Buchstaben eradiert M2*; amande *B* v-v) quę – perfusus: quibus ille cum lacrimis ait *Be* w) putabimur *S* x) *über der Zeile M2* y) *korr. aus (?) festinans M2* z-z) flectant nostra: nostra flectant *M2, A, Ma*; nostra fletent *S*; nostra flectent *B* a) lacrimarum *A, B, Ma* b) *fehlt Be* c) consummato *S*

82) Vgl. *Ennodius, Vita Epiphanii* § 183.

83) Vgl. *Ennodius, Vita Epiphanii* § 190–191.

84) *Ennodius, Vita Epiphanii* § 191: ... Ravennam egressus est ...